



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 52. Richardi Strinii mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

vitæ II. incitamentum devotionis ad S. Sæc. XVII.  
 Joseph. III. Spiritualia exercitia IV. A. C. 1601.  
 Theſaurus amoris erga B. V. V. Coro-  
 na Stellarum duodecim. VI. Excita-  
 menta ad devotionem erga imaginem  
 B. V. Neapolitanæ.

§. LII.

*Richardi Strinii mors.*

Huic merito accensendus venit Richar- Hankius de  
 dus Strinius Austriacus Nobilis de ſcript. rer.  
 Schwarzenavia, qui anno poſt Chriſtum Rom. p. 2.  
 natum milleſimo quingentefimo trige- Thuan. hiſt.  
 ſimo octavo Argentorati humaniores l. 126.  
 literas didicit, ac poſtea generis ſui  
 ſplendorem cum impigro bonarum ar-  
 tium ſtudio conjungere intentus, præ-  
 cipue Philoſophiæ, Hiſtoriæ ac Theo-  
 logiæ ſedulam navabat operam, tan-  
 demque ex crebra librorum lectione  
 tam amplam antiquitatum, & præci-  
 pue Romanarum cognitionem, ſub ma-  
 giſterio celebris Franciſci Hotmani hau-  
 riebatur, ut viginti annorum juvenis  
 jam eruditiffimum opus de *gentibus & fa-*  
*miliis Romanorum* ederet. Eapropter  
 eruditionis ſuæ fama in Imperatoris  
 aulam perlata Rudolpho Cæſari a con-  
 ſiliis eſſe meruit, ubi inter aſſidua lite-  
 rarum ſtudia ſenſcens varios dialogos  
 ſeu apologias pro Fœderatorum Ordi-  
 num

*Hiſt. Eccleſ. Tom. LIII.*

K num



Sæc. XVII.  
A. C. 1601.

num libertate conscripsit, suppresso  
men suo nomine, quia Austriacorum  
Principum, quorum imperio subiectus  
erat, offensionem incurrere verebatur.  
Insuper calamum suum in Theologicis  
quæstionibus exercens, *commonitorium*  
*de Roberti Bellarmini scriptis atque libris*  
præter plures alios Theologicos tra-  
ctatus posteris reliquit. Demum viri-  
bus exhaustus hoc anno e vivis exce-  
dit, quamvis alii ipsum jam anno prior  
obiisse, perperam asserant.

LIII.

*Tyhonis Brahei fatum.*

*Gassend. in*  
*vita Tyho-*  
*nis Brahei*  
*Hist. Thuan.*  
*hist. l. 126.*

**E**x ipsis etiam A catholicis Doctoribus  
nonnulli hoc anno decesserunt, ac-  
que inter eos merito primum locum sibi  
vendicat Tycho Bracheus, qui Knud-  
storpium in Dania Anno Christi mille-  
mo quingentesimo quadragesimo sexto  
die decima tertia Decembris primam  
lucem aspexit. Hic, cum in juvenili-  
bus studiis suis jamjam acutissimi in-  
genii specimina Hafniæ ederet, a Pa-  
truo suo ad Lipsiensem Academiam mite-  
tebatur, ubi Joannis Homelii & Bar-  
tholomæi Sculteti Magistris usus Astro-  
nomiæ egregiam navabat operam, in-  
de vero anno Domini millesimo quin-  
gentesimo sexagesimo sexto Wittember-  
gam